

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7361

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Stanley, Sainte-Marie (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1186

**Lieu d'émission :** Woodstock

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Donation d'un manoir anglais à l'abbaye de Stanley, en considération de l'impératrice Mathilde, mère du roi, et de Gilbert, jadis abbé de Citeaux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 5, p. 564 (édition partielle et fautive).

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCLXXXII, t. 2, p. 305-307.

## Dissertation critique

« 1186 ou 1188 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 306. Hugues, évêque de Lincoln, élu le 10 août 1186. Henri II paraît avoir séjourné à Woodstock en 1186 et 1188.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, abbatii et universo capitulo Cisterc[ii], et omnibus ad quos presens carta pervenerit, salutem.

Noverit universitas vestra quod, cum Deo largiente adeptus fuerim regnum Anglie, repperi quod tempore regis Stephani ablatoris mei multa dispersa fuerant et a dominiis regni alienata, tum in feodis militum, tum in elemosinis ecclesiarum ; inter que abbatia de Tame membrum quoddam manerii mei Ferendon[e], quod vocatur Worda tenebat ex dono inimicorum meorum, quod in integrum michi resignavit. Sed quia fuerat religiose domui quoquomodo collatum, ad petitionem imperatricis domine et matris mee et Gilleberti tunc temporis abbatis Cisterc[ii], et coabbutum suorum petitione et assensu, dedi predictum menbrum manerii mei Ferendon[e], Worda vocatum, modo predeterminato ex toto michi resignatum, abbatie de Stanleia, que est de fundatione prefate imperatricis domine et matris mee et mea, et monachis ibidem Deo servientibus, cum omnibus rebus et libertatibus et liberis consuetudinibus ad illud pertinentibus, in liberam et puram et perpetuam elemosinam possidendum. Quare volo et firmiter precipio quod eadem abbatia de Stanleia et monachi in ea Deo servientes predictum menbrum manerii mei Ferendon[e], Worda nomine, habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et

honorifice, sicut meam dominicam elemosinam, in bosco et in plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad illud pertinentibus.

Testibus : H. Lincolnensi episcopo, Rogero et Ricardo et Nicolao capellani meis, Hugone de Morewich et Hugone Bardulf[i] dapiferis, Radulfo Filio Stephani camerario, Roberto de Witefeld, Michaele Belet.

Apud Wudestoch[am].